

10. DISSERTATIO JURIDICA

DE

DAMNI INFECTI
CAUTIONE

Quam

Adspirante Divina Gratia

In Alma Argentoratensis Universitate

PRÆSIDE

VIRO Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo,
Excellentissimo, Consultissimo

DOMINO

ULRICO MARBACHIO,

J.U.D. Pandectar. & Jur. Canon. PP. Celeberrimo,
Facultatis Jurid. Seniore Gravissimo, Cap. Thom. Canonico,
& p. t. Univers. RECTORE,

Patrono, Fautore ac Præceptore suo multis nominibus
venerando

in

Publico Eruditorum Congressu


ventilandam proponit

JO. CHRISTOPH. EIBELHUBERUS, Ratispon.

A. & R.

d. IX. Martij. A. O. R. CIO IOCCII.
horis locq; solit.

ARGENTORATI,
Literis JOHANNIS PASTORII.



Inclytæ
SS^æti Rom. Imperij
Reipublicæ
Ratisponensum
DOMINIS
CAMMERARIIS
CONSULIBUS,
CONSISTORIALIBUS
reliquisque
PATRIÆ PATRIBUS
VIRIS

*ILLUSTRIBUS, MAGNIFICIS, PRÆ-
NOBILISSIMIS, EXCELLENTISSLIMIS, MAXI-
ME REVERENDIS, DOCTISSIMIS,*
Evergetis, Patronis, Fautoribus ac Promotoribus
suis, omni honoris, pietatis, obedientiæque cultu æter-
num prosequendis

Hoc qualemque specimen Academicum,
tanquam primitium studiorum suorum
fotum, in grati animi symbolum, sa-
crum esse jubet

humillimus cliens
IO. CHRISTOPH. EIBELHVBERV^S, Ratisp.
A. & R.

J. N. I.

Proemium.

AD L E C T O R E M .

Um non ætatis solum
temporisque, sed & alia
longè major me moneat
ratio, ut Dissertatione
quâdam quid humeri pos-
sint, quidve ferre negent,
tentare ausim, non ægrè te laturum, B.L.
existimavi, si utilissimam simul ac jucun-
dam, quam titulus præmittit, materiam
elegerim; præsertim, cum ex consilio
Magnif. Dn. Præsidis, Præceptoris ac Fan-
toris mei devenerandi colligere licuerit,
quod per multos jamjam annos in Regia
nostra Academia ne mentio quidem de eâ
ipsâ facta sit. Profectò putavi esse, cur
mihi persuadeam, meos in hac re conatus
Auditoribus non ingratos, materiam au-
tem ipsam se exercitaturo primùm non in-

A 2 dignam

dignam futuram. Accedit & hoc, quod
Patriæ meæ Patres Munificentissimi, qui-
bus, uti par fuit, primas statim hasce pa-
gel'as, tanquam qualescunq; studiorum
meorum testes, consecravi, nunquam
Clientūm suorum adhibitam industriam,
quantulacunque fuerit, lævo, sed benigno
semper excipere vultu consueverint. Itaq;
hoc modò te eā, qua me decet, observan-
tia rogatum volo, ut cum vires mihi de-
esse sentias, necrem ex voto cedere videas,
voluntatem tamen æqui boniç; consulas,
pulchrisq; me excidisse ausis putas. Ne
autem in nimium excresceret disputatio,
eam hisce terminis placuit circumscribere,
& *cautionis hujus damni infecti*, præmissis
ipsius Edicti verbis, considerare (1) Defi-
nitionem (2) Causas (3) Effectus, & deniq;
(4) Affinia ac Contraria. Quod dum
facio, precor Deum T. O. M. ut labori-
bus ex alto benedicat, quò ea principali-
ter proponantur, quæ coram ipso sunt gra-
ta, & sic cunctis deinceps accepta.

Verba

Verba Edicti Prætoris, uti ea Compositores Juris
ex Ulpiani Lib. 53. ad Edictum retulerunt
in l. Prætor. 7. pr. ff. h. tit. hæc sunt.

Damni infecti suo nomine promitti, alieno satisdari
jubeo ei, qui juraverit, non calumnia causa id se postu-
lare, eum ve, cuius nomine ager, postulaturum fuisse in
eam diem, quam causa cognita statuero. Si controver-
sia erit, Dominus sit nec ne, qui cavebit: sub exceptio-
ne satisdari jubebo. De eo opere, quod in flumine publico
ripare ejus fiet, in annos decem satisdari jubebo. Eum, cui
ita non cavebitur, in possessionem ejus rei, cuius nomine,
ut caveatur, postulabitur, ire, & cum justa causa esse vi-
debitur, etiam possidere jubebo. In eum, qui negat cave-
rit, negat in possessione esse, negat possidere passus erit, ju-
dicium dabo, ut tantum praestet, quantum praestare
eum oportaret, si de eâ re ex decreto meo, ejus ve, cuius de
eâ re jurisdictio fuit, que mea est, cautum fuisse. Ejus
rei nomine, in cuius possessionem misero, si ab eo qui in
possessione erit, damni infecti nomine non satisdabitur,
eum cui non satisdabitur, simul in possessione esse jubebo.

CAPUT I.

Continens Cautionis damni infecti Definitionem.

Th. I.

Cum definitio alia sit nominis, alia rei, quarum illa terminum, hæc verò rem, quid ea sit, explicet, utraque autem in tractatione alicujus articuli, maxime juris, necessaria sit, ita ut sine earum perspec-
tione & certitudine nemo feliciter in tractatione rei progredi possit, quippe quod errorum genitrix sit aequi-
vocatio semper, arbitratu sum instituto meo haud parum conducere, si omnium primum terminos hosce, quos Titulus

Definitio a-
lia est

nominis.

disputationis designat, evolverem, & ambiguitate, qua laborant, liberarem, eoque expedito, rei ipsius, de qua verba facturus, definitionem, sed omnino strictim, subjicerem.

Th. II.

*Termini
cautionis.*

Ex terminis autem primus est, vocabulum *Cautionis*, quâ quid vulgo & in arte juris significetur, penè ipsa Erymologia edocet. Est enim nomen verbale à verbo caveo, cavere, quod est & sibi & aliis consulere, prospicere, l. quod ad heredem. 6. ff. de *Magistrat. convenient.* l. si scientie. 7. ff. ad *Leg. Pomp. de parricid.* In jure accipitur *proprie* & *impropriæ*. Proprie, vel *generaliter*, vel *specialiter*. Generaliter, Græcis ἀπόλετα dicta, vulgò securitas, prout tanquam genus, omnes, quibus aliquem fecurum reddimus, modos, sive securitatis species comprehendit, non tantum nudam & simplicem stipulationem: verum etiam cautionem fidejussoriam, item pignoratitiam, sive hyporhecariam, & juratoriam, ut videre est l. *eum pro quo.* 17. ff. de *in jus vocando.* l. *Emptor prædij.* 47. ff. de *pactis.* l. 4. ff. que res pignor. dar. poss. l. 1. §. 4. ff. de *pretor. stipulat.* l. *habere.* 188. ff. de *V. S. fac.* l. plus *cautionis.* 25. ff. de *R. q. l. Mævia.* 49. ff. *sol. mat.* l. *Titia.* 134. §. 2. ff. de *Verb. Oblig.* Specialiter verò & simpliciter sine adjectione prolatus, regulariter & in specie solam simplicem reprobationem significat, & ceteris hactenus opponitur. l. 3. C. de *V. S. ubi Gothof. in not. lit. f. post Bart. Bald. Castrenj.* & alios. Hering tractat, de fidejuss. cap. 5. num. 89. & cap. 18. n. 27. nisi ipsius subjectæ materia natura idoneam cautionem exigit, & ideo aliam significationem vocis suggerat. Hering. dict. cap. 5. n. 91. & cap. 18. n. 28. quemadmodum & in subjecto hoc nostro, sive damno infecto, licet Juris Consulti passim, ut in l. *dies cautioni.* 4. & ll. seqq. ff. de *damn. infect.* cautionis vocabulo, sine adjectione utantur, attamen non semper simpliciter cautio, sed, si controversia erit, dominus sit nec ne, qui cavebit, sub exceptione satisfatio, sive fidejussoribus datis cautio exigitur. vid. d. l. 7. princeps. ff. eod. Simile occurrit in quasi usufructu. vid. §. 2. Inst. de *Usufr.* l. 2. 4. 5. §. 1. ff. cod. juntl. l. si *cujus.* 13. ff. l. 4. C. de *Usufr.* Im-

propriæ

proprias autem hujus vocabuli *cantionis* acceptiones, cum ad institutum meum nihil faciant, brevitatis studio enarrare superfedeo, & remissum me volo ad Lexiograph. Juris, imprimis Brissonium & Calvinum, qui larga manu eas tradunt. Ceterum alio nomine dicitur nonnunquam cautela, ut in *l. si defunctus.* 15. §. ult. ff. de procurat. & *l. si plures.* 14. ff. depos. *l. sancimus.* 28. §. 3. *C. de admin. tut.* Nonnunquam satisdatio. Interdum etiam stipulatio damni infecti. *l. 7. §. 2. l. damni* 18. *princ. l. in hac stipulatione.* 28. *l. damni.* 30. ff. *b.* Interdum promissio. *arg. l. quamvis.* 10. ff. *eod. l. damni.* 43. & seq.

Th. III.

Sequitur terminus, *Damnum.* Dicitur vel à Græca *de nūm* hoc est, sumptus, impendium, unde in veteribus libris legitur *dampnum.* *Scipio Gentilis tract. de Orig. verb. damnum pag. 273.* & ex hoc *Alberic. Gentil. in Comm. ad l. 8. i. ff. d. V. S.* vel à dando, ut *Cornel. Fronto* scribit, *damnum dat omnibus:* detrimentum usi tritum: jactura, quod jacitur ex onere navis, notatus à *Voffio in Etymol. ling. lat.* voce *damnum*, qui suspicatur pro dat, legendum demat, ut *damnum* sentiat à *dēmendo* dictum, quia *damnum* sit rei diminutio, unde *damna lunæ legimus apud A. Gelium. lib. XX. Noct. Attic. c. 8.* quam etymologiam etiam confirmat. *Varro l. 4. de L. L.* & *Isidorus l. 5. originum.* Est quoque legibus nostris approbata. Ita enim *Paulus l. 47. ad Edictum,* uti habet *l. 3. ff. de damnō infect.* *Damnum* & *damnatio* ab ademptione & quasi diminutione patrimonii dicta est. Accipitur hoc vocabulum generaliter & specialiter. Generaliter, vel *latissime*, pro qualibet amissione, dimunitione, cessatione cuiuslibet utilitatis, commodi, lucri. *l. 2. §. 11. ff. nē quid in loc. publ. l. cump̄ator.* 81. ff. de *V. S. junct. l. Proculus.* 26. ff. de *damn. inf. l. fideicommissaria.* 23. §. 2. ff. de *fideic. libert. l. Imperator.* 50. ff. ad *Senatc. Trebell. vel latius,* pro quacunque & qualibet justa & injusta patrimonii nostri imminutione. *fac. l. ult. ff. de pign. action. l. quod si possessor.* 17. ff. de *hered. petit. l. fluminum.* 24. §. ult. ff. de *damn. inf. vel latē,* pro qualibet patrimonii injusta diminutione, ita, ut etiam furtum & rapinam comprehendat

*Termini
Damni*

hendar. arg. l. si servus. 27. §. si olivam. 25. ff. ad L. Aquil. l. si servus. 61. §. 5. ff. de furt. Specialiter vero & proprie pro deterioratione vel corruptione, atque sic depretiatione rei nostræ sumitur, & quidem strictè, pro cā, qua sine facientis dolo & culpa datur, ut si quadrupes pauperiem faciat, l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. tor. tit. Inst. & ff. si quadr. paup. vel stridens, pro sola ea deterioratione rei nostræ, qua facientis injuria sit ut in L. Aquil. Impropie vero accipitur & quidem (1) metonymicè pro ipsa damni aestimatione & poena l. liber homo. 13. §. 2. l. si servum. 33. ff. ad L. Aquil. l. si pro fure. 7. princ. ff. de cond. furt. (2) pro ipso damnificationis actu, ut pass. d. tit. (3) per prolepsin etiam damnum infectum significat, uti in nostro argumento. Add. C. I. A. ad Tit. de damn. inf. §. 2. & P. DN. D. Rebhan in Hod. fur. chart. 3. Clim. IV. §. 26. in not.

Th. IV.

Term. Infest. *Infestum.* Hoc vocabulum in præsenti loco non est ab inficere, nec significat idem, quod *imbutum*, gefärbt, uti in illo Plini lib. II. epist. 37. Mulieribus etiam palpebrae *infesta*: neque pro *venenato* hic accipitur, uti inventur apud Sueton. in Caligula cap. 49. ibi: quibus variis venenis mox à Claudio demersis *infesta* maria creduntur. Ita dicitur domus morbo *infesta*. Sed est compositum à præpositione *in* & factum. Quamvis autem proverbium IN interdum sit ἐπιταπήν, ut notat e. gr. in vocibus *invictus*. Vid. *Calistratum* in l. pen. §. 2. ff. de lege *Fabia de plag. incanus*, vid. *Catullum* carmine de nuptriis Pēlii & Thetidis:

Cum cineri incanos solvent à vertice crines.
infactus, uti cecinit Maro XII. *Aeneid.*

Turnus ut *infactos* adverso Marte Latinos.
Defecisse vider.

plerumque tamen ἀεριππάς est, uti & hic. Significat enim damnum nondum factum, datum, aut illatum, ita tamen, ut possibilitatem includat, quasi dices, damnum nondum factum, quod tamen accidere potest. Atque ex his facile fluit,

Hinc, *damni infecti*, definitio, quod sit quocunque damnum quod nondum quidem datum, sed futurum tamen veremur, l. 2. l. 7. §. 1. b. t. sive deinde ædium aut operis vitio, vel in loco urbano aut rustico, privato aut publico fiat, l. 19. §. 1. l. 24. §. 5. b. t. conf. C. I. A. sive ex arboribus vereanunt d. l. 24. §. 9. sive ex suggrundis aut protectionibus immineat. b. t.

Th. V.

Realis.

Post definitiones verbales *cautionis damni infecti*, (Germ. Eine Versicherung eines noch nicht geschehenen / jedoch besorglichen Schadens / quez alioquin etiam actio damni infecti dicitur. l. Julianus 13. §. 12. ff. de act. empti) realem hanc subjicio: Est cautio ex stipulatu, vel suo nomine promissione, vel alterius, fidejussoribus datis, ei, qui juraverit, non calunnia causa id se postulare, à vicino, a cuius re ruina, suo patrimonio damnum obvenitrum metuit, de damno, si quod ex re periculosa contigerit, resarcendo, facta: l. damni inf. 18. pr. & d. l. pretor. ait. 7. princ. & §. 2. l. eorum. 19. §. 1. l. fluminum. 24. §. 9. l. emptor. 38. §. 1. ff. b. t. vid. Henn. Renneman. Jurispr. Rom. German. membr. 4. disp. XIV. Th. 83. Genus constitui cautionem, ex antedicta ratione, & quod veteres JurisCons. ut Ulpianus in l. dies. 4. l. si finita 15. princ. Paul. in l. pratoris. 5. Cajus in l. si edibus. 32. & in l. evenit. 6. Pompon. l. inter quos. 39. princ. b. t. eodem etiam usi sunt; licet enim haec cautio alibi per stipulacionem describatur, alibi etiam satisdatio dicatur. vid. s. th. 1. existimavi tamen justius esse in definitione genus proprium, proximum & adæquatum posuisse, quam impro prium & metonymicum, qualia modò notata sunt. Observandum autem, hoc medium *cautionis subsidiarum* esse & *extraordinarium*, nec dari illi, qui actione ordinaria potest experiri. l. damni. 18. §. 2. l. si edibus. 32. in fin. ff. b. Donell. lib. 15. cap. 46. lit. G. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 18. th. 5. lit. A. & B. Cetera verba, quæ ad ejusdem differentiam specificam spectant, cum cap. seq. in causarum serie veniant explicanda, merito hic intacta relinquo.

C A P U T II.

In quo causa, cautionem hanc damni infecti constituentes, recensentur & exponuntur.

B

Th. I.

Th. I.

Atque sic cautione damni infecti in generalibus cognitâ, veniunt nunc causæ ejusdem considerandæ, vel *externæ*, ut causa efficiens & finis, vel *internæ*, ut materia & forma.

Th. II.

Causa efficiens cautionis nostra est vel *principalis* vel *minus remora*, vel *proxima*. *Principalis* est vel *remota*, vel *propingua*, vel *proxima*. Illa est *jus Gentium*. Juris enim naturalis & civilis socieratis est, tum obligatio indemnitas ex re sua, tum ne quis lædarur interveniente facto alterius, in quo culpe aut negligentia gradus manifesto possit aestimari. Hæc principia etiam jure divino confirmantur. vid. *Num. cap. 20. v. 17. & 19. c. 21. v. 22. & 23. Deuteronom. cap. 2. v. 27. & 28.* Prædictum factum etiam esse, censendum est, ædium aliarumque rerum reficiendarum negligens, unde damnum vicino oriri potest. Sicut enim teneris ad reparationem damni, quod ex tuo opere alteri datur, contra jus, ipsius facto, seu contra justitiae debitum commissum: ita etiam teneris ad illud damnum, quod datur ex omissione, quæ sit contra jus ipsius, seu contra debitum, quo ipso obligaris. vid. *Leond. Less. de Jus. & Jur. l. 2. cap. 13. dubitat. 10. num. 69. Grot. de Jur. Bell. & Pac. I. II. c. XVII. §. IX. & penult. Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. lib. 3. c. 1. §. 6. Magnif. DN. D. Schilter in prax. jur. Rom. Exercit. XLII. §. XXVIII.* Præcise igitur culpa & negligentia non resipientis requiritur; proinde si casu fortuito, e.g. vi tempestatis, ventorum, terræmotus ex lapsu vicinarum ædium damnum fuerit datum, juris naturalis dispositio cessat. vid. *Grot. all. loc. §. penult.*

Th. III.

Vel Propinqua. *Propinqua causa* efficiens est jus civile, quo juris naturalis regulæ approbata & receptæ sunt. Damnum enim dedisse videtur, qui occasionem damni dat. *I. Praetor ait. 4. §. hoc autem editio. 5. ff. de vi bon. rapt. I. videamus. 11. §. fin. I. qui domum. 57. in fin. ff. locat. I. nihil interest. 15. ff. ad L. Cornel. de Sicar. I. qui occidit. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil.* Exempla sunt, si culpa inhabitoris incendium ortum fuerit, vicinoque damnum dederit. arg. *I. II. ff. de pericul. & comm. rei vend. I. 3. §. 1. ff. de Offic. pref. vigil.*

(II)

vigil. Gail. lib. 2. observ. 22. Sic si plaustrarius male compo-
fuerit lapides & ex plaustro delapsi quid ruperint. *I. Si cum ma-*
nus. 27. §. 30. ff. ad L. Aquil. add. I. si navis. 29. §. 4. ff. eod.
Cum vero lapidis ædibus, quæ ruinâ tuâ damnum dederunt, ma-
xima culpæ & negligentia probandæ possit esse difficultas, Prae-
tor, adjuvandi juris civilis gratia, edictum proposuit, quo, da-
mno non dum facto, deficientibus ordinariis remediis, ita pro-
spexit, ut actor, cuius periculo res est, juramento calumnia præ-
stato, à necessitate probandi culpam liberatus sit) rerum autem
ruinosarum, à quibus damnum timetur, dominus vel possessor,
damni infecti suo nomine promittere, alieno satisfactione se ob-
ligare teneatur, & si post cautionem præstitam ædes deciderint,
actor de damno refarcendo securus redditus, actionem adver-
sus nocentem habere possit. *vid. I. Prator ait. 7. princ. I. damni. I.*
18. §. 4. I. corum. 19. §. 1. ff. n. t.

Th. IV.

Proximam causam efficientem factum aliquod sive com- *et Proxima*
missionis sive omissionis, sive opus aliquod incipiendum &
futurum, quod nocere possit *I. 2. I. fluminum. 24. §. 5. § 12. ff.*
de damno inf. domini vel possessoris, ex quo infimum saltem
culpæ aut negligentia gradum Legislator justè præsumere po-
test, constituo. *vid. Magnif. DN. D. Schilter. Exerc. ad*
*Pand. XLII. §. XXIX. quæ culpa, licet non sit verum malefi-
cium, quia non provenit ex malitia, quasi tamen delictum*
existit. Illud enim delictum in duo genera distinctum inve-
nitur, prius circa damnum aliqui verè datum; alterum circa
illud, quod metu incusso formidatur futurum. *Vid. Henning.*
Rennemann in Jurisprud. Rom. Germ. memb. 3. diff. LXIII.
Thes. I. III. § IV. Tertia videtur esse species, damnum in-
fectum, cuius quasi maleficium in eo consistit, quia domi-
nus, ad indicum vicini non vult damnum futurum præca-
vere, ideo in culpa quadam deprehenditur. *Renneman diff.*
tract. diff. LXV. tb. XII. Exempla præcipua in Digestis no-
tantur hæc, si ædium, vel aliarum rerum vitio, sive operibus,
vicino periculose factis, vel in ædibus, vel in loco urbano,
vel rustico, publico, privatove damni aliquid futurum sit *I. si*

finita. 15. §. 5. & 6. l. eorum. 19. §. 1. l. fluminum. 24. §. Idem servus. 5. 7. 9. & fin. ff. b. t. vel si suggerundæ aut protectio-nes ruinam minantur. arg. Rubr. b. t. Ita si in flumine publico ripave ejus, quid nocivum factum l. Prator ait. 7. l. si finita. 15. §. 2. ff. b. t. vel ejus vi res alterius in predium importatae fuerunt. l. Hoc amplius. 9. §. 1. & seqq. ff. b. t. Ex defectu igitur culpæ domini cessat cautio, ut si vel vitium sit naturale, ut puta si locus sit palustris vel arenosus d. l. 24. §. 2. & seqq. vel si violentia ventorum, aliave ratio, que viam habet divi-nam, damnum dare possit, d. l. 24. §. 3. 4. & 5. ff. b. n. t. Ex eadem causa cautioni locus non est, si publicus locus publicè reficiatur. d. l. si finita. 15. §. 10. ff. b. t. Johann. Althus in sua Dicæolog. lib. I. cap. CXXXVII. n. 44. quod damno infecto alteri possidendi, fruendi, & utendi re sua facultas turberetur & impediatur, causam efficientem constituit.

Th. V.

Minus prin-cipalis seu impulsive can-sa.

Minus principialis causa & quidem impulsive, partim est necessitas, cum res damni infecti celeritatem desideret, & periculosa dilatio sit. l. 1. ff. b. n. t. partim utilitas communis: semper enim astimandum, quod ad utilitatem publicam accedit. Consistit autem hæc utilitas in eo, cum cæteræ actiones jure civili proditæ, ad dampna, qua jam contigerunt, resarcienda pertinuerint, quod ex L. Aquil. & aliarum LL. actionibus manifestum est, hoc edictum prospiciat damno, etiam nondum facto, adeo quidem, ut si cautionem hanc petere prætermiserit vicinus, cui damnum datum, ei nulla actio adversus alterum detur. l. evenit. 6. l. seq. §. 1. arg. l. si finita. 15. §. 27. l. eorum. 19. ff. b. t. Molin. de Inst. & Iur. Tract. 2. diffut. 703. num. 2. Inde Magnif. Dn. D. Schilter. noſter alleg. Exercit. XLII. §. 29. prudenter docuit, remedio cautionis de indemnitate Legislatorem Romanum vicini diligentiā excitare voluisse, ut maturè sibi prospiceret.

*Quarenus
ius Gentium
um à Civili
recepsum.*

Th. VI.

Utrum autem obligationi naturali, ad reparandum dampnum, Legislator Romanus & mores aliarum Gentium

ex

ex toto de reparatione damni dati, antequam promitteretur, an tantum ex parte, quoad necessitatem promittendi & indemnitudinem, vim civilem tribuerint non inutilis quæstio est. Magnif. D.N. Schilter. alleg. Exerc. XLII. §. XXIX. posteriorem sententiam, tum argumento d. l. 7. §. 1. ff. de damn. infest. tum ex politica ratione, quod durum sit ex opere aut ædibus ruinosis pauperiorum civium, civilem obligationem & actionem de damno infecto regulariter dari, cum eos non tam negligenter, quam dura necessitas à refectione remoretur, amplectitur. Nos pro confirmatione hujus sententiæ, distingendum esse existimamus, utrum manifestò constet, ædes vel alias res ruinosas esse, quo casu jure civili dominum principaliter ad reparationem quoque obligatum esse probamus arg. l. damn. inf. 18. §. Sabin. II. l. ad curatoris. 46. ff. de damn. inf. arg. I. Pretor. 7. ff. de offic. presid. l. 2. C. de adif. privat. quia hoc casu jus possidendi, fruendi, retinendi res proprias vicino turbatur. Alth. in diceolog. cap. CXXXVIII. num. 14. Aut dubium & controversum est, utrum res vicina ita ruinosæ sint, ut damnum immineat, quo casu naturali & civili jure cautionem de damno infecto sufficere putamus. Hæc enim præstria liberat dominum rerum prætensivè ruinosarum à reparationis necessitate, cum nulla negligenter præsumatur in eo, cuius interesse quād maximè in negotio quodam versatur. arg. I. cum de indebito. 25. ff. de probat. Augustin. Barbosa. in Thesauro Iuri. prud. Lit. N. cap. VII. verbo negligentia axiom. IV. Vicinum vero ac ruinæ metum prætentendente de futuro damno securum facit. Quod si cautione omissa ædes ceciderint, obligatio juris naturalis civili recepta est l. evenit. 6. Et seqq. ff. b. t. que præcisè non est ad restitutionem damni, sed principalius ad dedendum vel relinquendum pro desertis, vel si vult retinere, tum ad damnum reparandum, vid. Magn. Dn. D. Schilter. loc. alleg. L. A. edit. noviss.

Th. VII.

Materia cautionis damni infesti alia est *subjectiva* alia *objectiva*. *Subjectiva* alia occupans, alia recipiens. Illa est *objectiva*, qui cavere debet. In genere omnis, qui in re vitiosa, unde

Materia altera
est subjecti-
va, qua vel
est occu-
pans.

damnum timetur, jus habet. *l. qui bona fide* 13. *pr. & §. 1. l.*
eorum. 19. *princ. ff. b. t.* sive ut edicti verba habent, quos
 Prætor damni infecti suo nomine promittere, alieno satis dare
 jubet. *d. l. 7. princ. l. damni* 30. *§. 1. ff. eod.* In specie (1.) do-
 minus corporis, ædificii aut soli. *l. hoc amplius.* 9. *§. ult. l. si pro-*
prietarius. 22. *princ. & §. ult.* vel totius, vel partis tantum.
l. §. 1. l. plures. 27. *ff. eod.* qui pro sua tantum parte promit-
 tere debet, ne in solidum obligetur. Imitatur enim naturam
 pignoris, ac ideo protestari debet, se cavere tantum pro parte
 tangente occasione ædium. *B. Brunnemann. add. l. plures* 27.
§. 5. ff. eod. *Molin. de Inst. & Iur. tract. 2. dispur.* 703. *n. 38.*
 Nec interest, sive dominium naturale, sive civile, ut maritus
 in re dotali, habeat. *arg. l. 1. in princ. ff. de fundo dotal.* *l.*
sciendum. 15. *§. 3. ff.* qui satis dare cogunt, etiam dominium
 minus plenum. *l. hoc amplius.* 9. *§. 4. l. quamvis.* 10. *ff. eod.*
 vel pignori obligatum. *d. l. si finita.* 15. *§. item queritur.* 25. *ff.*
eod. Nec pupillus, nec minor excluditur, tutore tamen au-
 ëtore. *d. l. si finita.* 15. *§. si pupillus.* 29. *ff. eod.* Imo is, cuius
 res vi fluminis in aliena delata sunt ædificia, quo eas tollere
 aut afferre liceat. *d. l. 9. §. 1. l. 4. in fin. ff. de rebus. cred.* *l.*
adeo. 7. *§. 2. ff. de A. R. D.* (2.) Dominus utilis, e. gr. super-
 ficiarius. *d. l. 9. §. 4.* Vasallus *arg. d. l. 9. §. 4. ff. de damn. inf.*
& cap. rei autem. 2. *Fend.* 8. *emphyteuticarius.* *d. l. si finita.* 15.
§. si de vetylgalibus. 27. *ff. b. t.* (3.) bona fid. possessor, *d. l.*
qui bona. 13. *pr. ff. eod.* Quod si Dominus in controversia sit,
 agens rei vindicatione adversus possessorem, interim damni
 infecti onus possessoris est, ut caveat, quum id, quod præsti-
 terit, imputare Domino prædij possit, forte succubens. *l.*
inter quos. 39. *§. 1. ff. eod* *Molin. de Inst. de Jure Tract. 2. disp.*
703. num. 18. (4.) qui tertitatem in re vitiosa tam persona-
 lem, *d. l. 9. §. 5. l. si proprietarius.* 22. *princ. ff. eod.* quam pre-
 dialem, e. gr. aqueductum. *l. damni.* 30. *l. qui bona.* 13. *§. 1. ff.*
cod. habet. (5.) Creditor cui jus pignoris competit. *l. quid de*
creditore. II. *in fin. & l. seq. d. l. si finita.* 15. *§. item queritur.*
25. ff. eod. vel legatarius in possessionem missus *l. is cui.* 5. *§. l.*
ff. ut in poss. legat. (6) qui in publico quid faciendo jus habet.
d. l. 15. §. 2. in fin. §. 6. l. 3. §. 3. ff. de aq. & aqu. pluv. arc. ab.

Th. VIII.

Th. VIII.

Subiectum recipiens cautionem damni infecti est in ge- *nere vicinus, qui habet jus aliquod in re (non tantum cuius r. cipier. s.*
in bonis, sed etiam cuius pericolo res est) cui à vitiosis vicini
ædibus, aliisque rebus, sive operibus damnum immineat. l.
damni infecti. 18. princ. ff. b. t. Secundum verba edicti, qui-
cunque jurat non calumpniae causa id postulare, eumve cuius
nomine aget, postulaturum fuisse. Neque inquiritur, utrum
interfit ejus, annon vicinas ædes habeat, nec ne. d. l. 7. princ.
l. qui bona. 13. §. 3. 12. & 13. ff. de damn. inf. l. inter quos. 39. §.
penult. ff. eod. In specie, dominus proprietatis, tum totius l.
damni. 18. §. 2. l. eorum qui. 19. princ. l. inter. 20. ff. eod. qui
nonnunquam à suo usufructuario operis nomine. l. inter fra-
clarium. 20. junct. l. hoc ampl. 9. §. ult. ff. eod. vel à condomino
parietis communis ædificiorum nomine, quæ quisque propria
habet. d. l. inter. 39. princ. ff. eod. vel à vicino, cui nunciavit
novum opus, contra quem egit actione negotoria, jus non
esse altius tollere ædificium. d. l. qui bona. 13. §. si quis opus. 10.
ff. eod. Molina de Just. & Jur. tract. 2. diff. 703. n. 35. cautio-
nem exigere potest. Vid. C. I. A. ad b. t. §. 7. n. VIII. quo éti-
am referri potest is, ad quem jus monumenti pertinet, si
nihil sit, quod ei imputari possit. d. l. 13. §. si quis. 7. ff. de dam-
inf. (2) Dominus utilis, uti superficiarius, si insulæ, aut rei
superficiliaria damnum imminere possit. d. l. 13. §. 8. l. eorum. 19.
pr. l. inter quos. 39. §. 2. ff. eod. (3) B. F. possessor qui in con-
ditione usucapiendi constitutus, nisi dominus ruinosarum æ-
dium probare velit, actorem non esse dominum, quia à non
domino emerit: & ita conciliandi textus, in l. quod de credi-
tore. II. & l. qui bona. 13. §. sed ei. 9. ff. eod. t. ibique Brunne-
mann. in Comment. Diffent. C. I. A. ad eund. tit. tb. 7. n. 15.
add. Molin. tract. 2. diff. 703. num. 40. (4) Qui possessionem
tantum naturalem habet, ut inquilinus, à domino suo, si a-
lias vicinas ædes habeat. l. damni. 18. §. 3. ff. eod. idem de qui-
buscunque aliis, qui jus quoddam in re habent, obtinere do-
cuit Molin. d. diff. num. 37. (5) Usufructuarius, non tantum
respectu

respectu proprietarii, si de soli vitio caveri desiderat. d. l. inter. 20. ff. eod. sed etiam respectu extranei, imo una cum domino proprietatis agere potest, sine injurya carentis. arg. l. s. §. 1. l. qui bona. 13. §. 8. l. eorum. 19. ff. eod. l. usus. 7. §. 1. ff. de ususfructu. (6) Creditor, qui pignus accepit, inspecta scilicet æquitate. d. l. quid de creditore. n. l. eorum. 19. pr. ff. eod. (7) Emptor prædii, etiam ante traditionem, respectu tantum damni, quod post traditionem factum erit; venditor autem de domino, quod accepit, antequam possessionem tradat; quæ stipulatio tamen ad successores singulares transit. d. l. damni. 18. §. 7. & 8. l. emptor. 38. ff. eod. l. vendor. 36. ff. de act. empti. Molin. alleg. loc. n. 42. Cujus tamen judicium de Juris Consultorum scriptis in præsenti argumento, & Jurisprudentia Justiniane (ut mitissimo utar termino) injuriosum esse defendo. (8) Procurator, cui tamen non competit actio, sed domino mandanti, causâ cognitâ. d. l. qui bona. 13. §. 13. & 14. & d. l. 18. §. fin. ff. eod. Illud hic notandum, si plures earundem rerum domini sint, eos sine adjectione partis stipulare debere. l. plures. 27. ff. b. t. Molina d. disp. n. 38. Si servus communis duorum, qui domum habent communem, stipuletur, censemur utrumque dominum sua voce esse stipulatum pro ea parte, quam in domo habet. l. si servus. 42. ff. de damni. inf. Econtra cautionem exigere nequeunt, quia medium subsidiarium sit, qui ordinarias actiones habent, vid. Crisp. Montan. in Tract. quem intitulavit, termini actionum. §. ex stipulatu de damno infecto 182. vers. Tu adde. Oldendorp. class. VI. act. XIV. Quest. III. num. III. Exempli gratia inquinatus à domino ædium. d. l. 13. §. 6. l. habitatores. 27. §. 1. ff. locat. Molin. d. disp. 703. num. 43. Christin. part. 3. decisi. CXIII. num. 3. Gail. lib. 2. obs. 29. n. 10. Superficiarius à domino soli, & vicissim. Ususfructuarius à proprietario & vice versa, per legem & rationem. 18. §. 2. junct. l. inter fructuarium. 20. ff. b. in qua lege lectio affirmativa (quia refectio ædium ad ususfructuarii onus pertinet) præferenda videtur, tum propter legis sensum & juris analogiam. vid. l. hoc amplius. 9. §. ult. h.t.l. ususfructu. 7. Cod. de ususfr. tum auctoritate Codicis MNS. quondam Obrechti,

Obrechti, & editionis Haloandrinæ. Add. C. 7. A. hoc. tit. §. 7.
Paulus Busius retinendo negationem, legem de ædificatione gra-
viori accipit. vid. quog, Molin. alleg. disput. 703. num. 26. § 27.
locator & conductor soli à se invicem imposito ædificio. d. l. 18.
§. 4. ff. eod. Ratio, quod iniquum sit, cautione supervacua ad-
verfarium onerare. *I. hac stipulatio.* 14. §. 1. ff. ut legat. nom. cav.
Præterea prohibentur, qui, vitiosis ædibus, quarum causa ca-
vere debuit, cassis, alias vicinas integras retinuit, & ab eo, qui
in possessionem vitiosarum missus, cautionem exigere voluit,
idque ob jus quasi talionis seu retorsionis. d. l. 13. §. 11. ff. h. t.
1. 6. ff. de his que ut indign. dominus ædium à socio vicino com-
munium ædium. *I. si ædibus.* 32. *I. inter quos.* 39. princ. ff. b. Ba-
chov. ad Treutl. vol. 2. disput. 18. rh. 5. lit. F. Eckold ad Pand. h. t.
§. 4. ibiq. DN. Schwend. Molina de Just. & Jure. alleg. disp.
num. 28. & seqq. quamvis, si à volente cautum, omni effectu
cautio non destituantur. Brunnemann ad d. l. 32. ff. b. num. 3.
qui non diu in loco aliquo periculo moratur, verb. gr. hospes.
I. qui bona. 13. §. 4. ff. h. t. Qui à duobus, altero vero, altero præ-
tenso, domino, earundem ædium nomine sibi caveri desiderat,
quia debet eligere, à quo actor sibi velit caveri. *I. si proprieta-*
tius. 22. §. ult. ff. h. t.

Th. IX.

Materia objectiva, five, circa quam, est in genere res a- *Materia ob-*
liena (five in bonis, five ex bonis sit) damni infecti. *I. i. ff. h. t.* *jeffiva.*
five tota, five pars ejus ruinosa & caduca existat. vid. *I. si finita.*
15. §. 12. & 13. *I. damni.* 18. §. venditorem. 8. *I. si ædibus.* 32. ff. de da-
mino. inf. quo recte referuntur projectiones vel protectiones, ut
suggrundia, die Gürthächer / Wetterhäuser / & moeniana, die
Aercker oder Aufgebäu. arg. rubr. h. t. In specie ædes tam ru-
inosa. *I. evenit.* 6. *I. seq.* §. 1. & 2. ff. h. t. *emper.* 38. *I. cum postula-*
rum. 44. ff. eod. quam nonnunquam non vitiosa, si per lapsum
ruinofarum vicino damnum dare possint. *I. qui bona.* 13. §. 2. ff.
h. t. vid. Mol. de Just. & Jure supra alleg. loc. num. 15. Inter quos
parties communis est, ædificiorum nomine, quæ quisq; pro-
pria habet, stipulari damni infecti solet, modo alter solus ædi-
ficet, aut ædes multo pretiosiores habeat. *I. inter quos.* 39. princ.

ff. b. t. extra quos casus inutiliter i. e. ex abundantia interponitur, de facto autem interposita, ex eadem datur actio. *l. damni.* 43. §. 1. & 2. *ff. eod. Paul. Bus. in Comment. ad. l. 39. ff. b. t.* Sic opus, quod factum in ædibus, vel in alio loco urbano, ut turris, aut rustico privato publicove, unde damni quid futurum sit. *l. i. §. 17. ff. d. O. N. N. l. eorum 19. l. si finita. 15. §. 3. 6. 8. 9. & 10. ff. de damn. inf. opus, quod in flumine publico, ripave ejus fiet. l. prætor ait. 7. l. si finita. 15. §. 2. l. fluminum. 24. princ. ff. de damn inf. arbores caducæ. d. l. 24. §. 9. & 10. *ff. eod. Molin. sep. all. dis. 703. num. 1.* Huc non pertinet, opus publicum in publico loco factum, si ex eo damnum immineat, quia illo casu vel Princeps adeundus, vel si in provincia fiat, præses provinciæ. *d. l. si finita. 15. §. 3. l. fluminum. 24. princ. ff. b. t. Molin. all. dis. 703. n. 15.* Multo minus locum habet, si quis aliqua in re jure suo quid faciat, atque exinde vicinus damnum capiat, ut puta in fundo meo pureum aperio, quo aperto, vena putrei vicini præcisa sunt, aut domum meum altius tollo, & tuis luminibus officio. *l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus. 26. ff. b. t. Boe. class. 4. dis. XVIII. th. 5. 6. 7.* Nam licet res nostras meliores reddere cum vicini incommodo. *Menoch. lib. 6. presumpt. 26. num. 3. & seqq.* Aliud exemplum notant DD. in molendinis aquaticis ad rivum privatum extrectis, ubi Dominus superioris potest aquam retinere in suos usus, cum incommodo inferioris, quæ res alter se habet in molendinis ad flumina publica ædificatis. *l. i. §. 7. & tot. t. ff. ne quid in loc. publ. Mau in decis. part. 4. decis. 39. n. 3. Brunnemann. ad L. 26. n. 3. & 4. Dn. Engelbrecht in compend. Jurisprud. ad hunc tit. lib. XXXIX. §. XII. Hæc tamen limitatio observanda, modo opus non fiat animo nocendi, vel servitus debeatur. post Paris. Vol. I. cons. 112. n. 12. & 14. Menoch. cons. 226. num. 24. & seq. Brunnem. ad l. fluminum. 24. n. 5.* Addendum denique, si vi fluminis res multorum in aliena ædificia delata sint, & domini eas afferre velint, aut cau ex fundo crusta lapſa sit in alienum fundum, eamque dominus petat, aut ratis in agrum aliquius vi fluminis delata sit,*

de domno

de damno infecto cavendum esse. *l. hoc ampl. 9. §. 1. & seqq. ff.*
b.t. ratis. 8. ff. de incend. ruin. naufr.

Th. X.

Formam cautionis damni infecti in edito his verbis pro-
posituit Prætor; *Damni infecti suo nomine promitti, alieno satis-*
dari jubebo ei, qui juraverit, non calunnia causa id se postulare, *damni infec-*
tionis. *et, ratiōne*
eumq; cuius nomine aget, postulaturum fuisse, in eum diem, quam
cuncta cognita statuero. Si controversia erit, dominus sit nec ne,
qui cavebit, sub exceptione satisdari jubebo. De eo opere, quod
in flumine publico ripave ejus fiet, in annos decem satisdari ju-
bebo. Ex hujus editi verbis notamus formam (1) ratione aëtoris. *1. Aëtoris.*
Hic omnis est, qui damnum ex ædibus, agro, aut opere alieno
meruit. Requiritur, ut proprio nomine agens, de calunnia, id
est, non calunniandi, non vexandi, sed sincero animo, se can-
tionem postulare, juret, parentibus & patronis eorumq; pro-
curatoribus exceptis. *l. qui bona. 13. §. 3. 13. & ff. de damn. inf.*
Quod, si quis stipulatus juraverit, nec stipulatus fuerit, po-
stea stipulari volenti iterum jurandum est. vid. d. l. 13. §. 12. ff.
cod. quod ad secundam instantiam extendit, Brunnemann. in
Comment. ad. d. l. 13. b.t. Si alieno nomine hanc cautionem po-
stulerit (eriam sine mandato, quia negotium vix moram patitur)
eum, cuius nomine agit, non calunnia causa postulaturum fu-
isse, & præterea cavere, dominum rem ratam habiturum, ju-
rare debet. d. l. qui bona. 13. §. si alieno. 13. l. inter quos. 39. §. pen.
b.t. ibique Brunnemann. n. 1. Ratio hujus juramenti est, quo
Prætor reddatur certior, revera interesse postulanti, quod is
alioquin teneretur probare, & prætor causa cognita inquirere.
Magis tamen esse, ut per inspectionem ocularem veritas facti
& querela inquiratur, & hoc medio juramentum declinetur,
docuit Magnif. DN. D. Schilte in praxi foren. Exerc. XLII. §.
XXXIII. Deinde, ut actione damni infecti (uti appellatur *in l.*
4. §. 10. l. inquilino. 33. ff. b.t. & μετρουμενος; stipulatio damni in-
fecti *in l. damni. 18. pr. ff. b.t.*) five extraordinaria persecutione
cautionem perat. *d.l. 7. §. 1. l. 4. §. 8. ff. junct. l. actionis. 37. ff. de O. & A.*
& l. 178. §. 2. in fin. ff. de V.S. l. 1. §. conventionales ff. de stipul. præt.
Bachov. ad Treutler. vol. 2. diff. 18. tb. §. lit. D. Eckold. ad b. tit.

ibique DN. Schvvend. Ulterius, agens hac formula uti debet, si quid damni edium, loci, arborum, vitio acciderit, se illud praestare. l. fluminum. 24. §. 9. ff. de damn. inf. velita: quod earum adium, loci, operisive vitio quandocunq; damnum tibi contigerit, ejus rei nomine, quanti ea res erit, tantum pecuniam prestari, post Cujac. in Paul. lib. I. ad Edict. I. 5. ff. b. Coll. Jur. Arg. ad eund. §. 11. n. I. Mol. d. disp. 703. num. 14. Tandem stipulatio etiam heredes comprehendere debet, imo & successores singulares. l. fluminum. 24. §. 1. ff. b. t. l. quoties. 9. §. heredes. 12. ff. de H. f. fat. l. fideicomissa. 11. §. si quis decem. 18. vers. Divis. Pius ff. de legat. 3. Quamvis de singulari successore nonnulli dubitent, propter l. stipulatio ista. 38. §. alteri. ff. de V. O. §. si quis alii. 4. & §. alteri. 18. Inst. de inutil. stipul.

Th. XI.

2. Ratione
Iudicis,

Ratione Judicis notat Edictum, illum esse praetorem vel praesidem provinciae praesentem, &c., quia res celeritatem desiderat, si is absens & mandat, magistratum municipalem l. I. l. 4. pr. & §. seqq. b. t. d. l. 7. princ. eod. l. 4. ff. de Jurisdic. l. ea qua. 26. ff. ad municip. Notandum enim hanc cautionem pro tribunali petendam esse, non alibi. Unde protestatio extra judicium nihil efficit. l. 4. §. hoc autem. 8. l. cum postulasse. 44. ff. b. Olendorp. class. VI. act. XIV. Rubric. defensionum capita. num. II. DN. D. Schilter Exerc. XLII. §. XXXIII. Quod si magistratus municipalis, cum postulatum pro tribunali fuerit, non juberet caveri, quanti ea res, cuius damni infecti nomine non cautum erit, judicium in eum datur, & cum rei persecutionem habeat, & contra heredes & perpetuo datur. d. l. 4. §. in eum 7. & seqq. ff. b. t. Non tamen contra eum Judicem in item iurari, nec damnari ultra rerum interesse solvendum docuit Molin. all. disput. 703. num. 51. Jure moderno querela damni infecti agitur coram omnibus, qui civilem jurisdictionem habent, modo magistratus & judex loci ordinarius sit & competens. DN. D. Schilter. alleg. Exerc. §. XXXII. Schüz. incompend. Jur. ad h. tit. in caus. effic. qui si moram commiserint, eandem, qua olim magistratum municipalium, rationem esse voluit. modo alleg. DN. D. Schilter. §. XXXVI. Quod libelli exhibitionem

tionem attinet, illam non necessariam esse putavit *Speculator*,
titul. de lit. cont. §. nunc dicendum. num. 28. dissent. Bart. ad. d.
l. 4. §. 8. num. 10. & II. Bene tamen Paul. Bus. in Comm. ad. d.
l. 4. §. 8. annotavit. In hac re mores singulorum judiciorum
 tenendos esse, qui si utrumvis modum admittant, cautelam
 esse, ut oretenus facta in rei memoriam ad acta redigatur.

Th. XII.

Ratione subjecti passivi (3) hæc forma docetur. Est au- 3. Ratione
 tem, ut supra notatum, omnis, ex cuius ædibus, prædiis vel subjecti
 operibus damnum metuitur. Si igitur, ille est rei dominus,
 suoque nomine convenitus, nudè promittere, si vero locus est
 alienus, & alieno nomine convenitus, satisdare, h. e. fidejussores
 dare, tenetur. *l. non amplius. 9. §. pen. & ult. l. seq. l. bona 13.*
princ. l. si finita. 15. §. item queritur. 25. l. fluminum. 24.
princ. vers. propter quod. l. damni. 30. in prim. & §. 1. ff. de
damn inf. junct. l. 1. ff. qui satisd. cog. l. pratoria. 7. ff. de
prætor. stipulat. Appellatione autem domini accipio, non
 tantum verum, licet ususfructus alienus sit, verum etiam
 quasi dominum, ut bona fidei posseflore, item, qui servi-
 tatem, e. g. aquæductum habet, ac propter servitatis usum
 in alieno quid ædificat vel facit. *arg. d. l. 9. §. 4. & seq. l. damni.*
30. §. 1. ff. de damn. inf. Bachov. ad Trent. vol. 2. disput. 18. th. 5.
lit. C. Eckold. in Pand. ad b. l. §. 3. Molin. de Jus. & Jur. Tract. 2.
disp. 703. num. 19. Quod si reus convenitus affirmet se loci do-
 minum esse, actor autem id neget, tūm in hac controversia reus
 sub hac exceptione satisdat, si dominus sit. *l. si proprietarius. 22.*
in fin. l. qui vias. 31. §. 1. ff. b. t. id est, ut, si probatum fuerit, locum
 ad se pertinere, fidejusso ad nihil redigatur. *Molin. all. disput.*
num. 16. Duo vero si fuerint, à quibus hæc cautio postulatur,
 quorum actor unum dominum affirmat, alterum negat, eligere
 debet, à quo velut sibi caveri; ita ut ab illo nudam promissio-
 nem; ab hoc satisfactionem exigat. *d. l. si proprietarius. 22. in fin.*
ff. b. Si locus ad unum quoad proprietatem, ad alium quoad
 dominium utile, usumfructum vel aliud jus in re pertineat, si
 proprietarius caveat sine fidejussoribus, cæteri eidem etiam ca-

vere debent pro rata domini utilis, aut juris, quod in re habent. Cæteri, si sine proprietario carent, fidejussores præstare tenentur. *l. qui bona.* 13. §. 1. *l. quid de creditore.* 11. junct. *l. hoc amplius.* 9. §. 4. & 5. & l. seq. ff. h. t. Molin. all. disput. 703. num. 45. Illud quoque observandum, quod, non solum tum temporis, cum sit petita, sed etiam postquam iste, qui petiit illam, in possessionem ex primo decreto missus est, reus cautionem offerre possit, ita tamen admittendus, ut etiam caveatur de eodem damno, quod contigit post missione. *d. l. si finita.* 15. §. item videamus. 31. ff. h. tit.

Th. XIII.

4. Ratione temporis.

Denique in Edicto prætoris *de tempore* disponitur. De eo autem statim sciendum, id conditionis causa adjici, ut, si intra illud damnum contigerit, commissa sit stipulatio, qua de damno hoc interposita. Est vel *legale*; qui enim in publico flumine ripave ejus opus fecerit, unde actor damnum metuit, ille in decem annos satis dare jubetur. *d. l. 7. princ. l. si finita.* 15. §. 2. & 5. ff. h. t. Non idem obtinet in quocunque alio loco publico, quoniam Prætor de alio nihil constituit. Molin. *d. tract. 2. disp. 703. n. 10.* Vel *judiciale arbitrarium*, in cæteris scilicet rebus, quod magistratus vel longius, vel brevius constituit. *d. l. prætor.* 7. in *princ.* d. l. 15. §. 12. & *fin. ff. eod.* Si tempus statutum in cautione proximè ad finem accedit, tum actor potest petere prorogationem termini. *Molin. dict. disp. 703. n. 3. in fin.* Si vero planè finitum, iterum magistratus arbitrio ex integro cavendum erit, & si hoc localem exigit inquisitionem, ut, si res invicem longius distent, ad magistratus municipales hæc res,mittenda. *l. 4. pr. ff. h.* quamvis autem hæc cautio in certum tempus statuenda, satius tamen esse videtur, illam esse perpetuam, vel donec ruinæ metus sit emendatus. *Rennemann. in Jurispr. Roman. German. Membr. III. disp. LXV. th. XXI.* Vel *conventionale*, si absque diei adjectione cautio interposita, dummodo id actum est, ut promissor perpetuò de damno teneretur. *Oldend. class. VI. art. XIV. vers. quamdiu competat.* Quod si per errorem tempus fuerit omissum, spectatur consue.

consuetudo, finito die enim, in quem alioquin cavere solet, *vid.*
l. qui bona. 13. §. fin. ff. b. t. defiderandum est à magistratu, ut
 liberetur promissor, nisi periculum postulet potius, ut longiore
 die iterum caveatur. *d. l. 15. princ. & §. 1. ff. eod.* Propterea
 autem definitio temporis requiritur, (quia reus in infinitum
 stipulatione obligatus esse non debet) cum causa cognitione,
 estimatione scilicet habita ex causa (scilicet periculi, ut sunt
 fissurae & ruinæ parietum, item ventris, qui in parietibus fa-
 tilcentibus protuberat, tum etiam vetustatis operis, & malæ
 materiae, male item structuræ) & ex qualitate ejus damni, quod
 contingere speratur, id est ex pretio ædium, (quibus damnum
 metuitur) tum ex longinquitate soli, (id est, distantia, quæ
 est inter rem eam, à qua damnum metuitur, & eam, cui im-
 minet damnum; majus enim damnum à vicinis, quam remo-
 toribus metuitur ædibus, in quibus incertum est, an extremum
 ruinæ ad eas perventurum sit) & operis magnitudine, namq;
 certum est, majus periculum ruinæ in majore ædium vitio esse,
 quam in minore, majus in magnis ædibus quam in parvis. *d.*
l. qui bona. 13. §. ult. & l. seq. ff. de dam. inf. arg. l. 1. §. 1. ff. de
Carbon. Edict. Donell. lib. 15. Comment. cap. 46. p. 561. in fin. &
pag. seq. Cujac. lib. 48. Pauli ad Edictum. pag. 309. & seq. Bocer.
claff. 4. dispu. 18. th. 25. C. f. A. ad h. tit. §. II. num. III.

Th. ult.

Finis cautionis damni infecti est, ut vicinus dominus, vel Finis causæ
 quorum interest, per illam reddantur securi de rebus suis, da- *dam. inf.*
 mō postea dato. Cum animalia, quæ noxam commiserunt,
 cum extent, pro damno dari, ædes autem si ruina sua damnum
 dederint, desierint extare, & derelictione sua illud servare
 non possint. *l. prætor ait. 7. §. 1. ff. b. t.* Huc pertinet generalis
 illa regula; *Melius est intacta jura servare, quam post vulnera-*
ratam causam remedium querere. l. ult. C. in quib. caus. restit.
in integr. non sit nec. l. i. C. qu. lic. un. se. sine jud. vindic.

C A P U T III.

De Cautionis damni infecti præstite & non
præstite effectibus.

Th. I.

THEISIS. I.

Efectus cautionis *damni infecti* *alius est, si ea non praefita, cautionis a-* *alius, si praefita.* *Non praefita iterum vel factō vicini, qui da-* *luis eſt* *mnū timet, vel culpa domini vitiosorum pradiorū vel ope-* *nonpraefita,* *rum damnosorum.* *Si factō vicini cautio omissa, & antequam* *idque vel* *caveretur, ædes ruinosæ deciderint, fūs nostrū subdiſtinguit,* *factō vicini.* *qui dānnū utrum lapsa sint, antequam vicinus postularet, aut cum jam à* *timet.*

Efectus cautionis damni infecti *alius est, si ea non praefita, cautionis a-* *alius, si praefita.* *Non praefita iterum vel factō vicini, qui da-* *luis eſt* *mnū timet, vel culpa domini vitiosorum pradiorū vel ope-* *nonpraefita,* *rum damnosorum.* *Si factō vicini cautio omissa, & antequam* *idque vel* *caveretur, ædes ruinosæ deciderint, fūs nostrū subdiſtinguit,* *factō vicini.* *qui dānnū utrum lapsa sint, antequam vicinus postularet, aut cum jam à* *pretore vel preſide postulasset, ut ſibi dānnū infecti caveretur.* *Priori cauſa, si negligentia non petuit ſibi caveri, adverſarius* *nec de dānnū tenetur, nec rudera tollere cogitur, si modo o-* *mnia, quæ jacent pro derelicto habeat; alioquin per interdi-* *ctum compelletur, ut omnia, quæ inutilia ſunt, aut tollat,* *aut pro derelicto habeat.* *Quando enim animalia, quæ no-* *xam commiserunt, non ultra nos ſoleant onerare, quam ut no-* *xæ ea dedamus, multo magis ea, quæ anima carent, ultra nos* *non debent gravare, quam ut ædibus non defensis careamus,* *præfertim cum res animales, que dānnū dederint, exten-* *ædes autem ſi ruina dānnū dederint, extare defierint.* *I.ever-* *nit. 6.l. seq. §. 1. & ult. & ll. seqq. l. cum postulasset. 44. princ.* *ff. dam. inf.* *Si vero propter iuſtam cauſam & legitimum* *impedimentum ſibi non prospexit, ut, quia Reipublica* *cauſa aberat, aut anguſtia temporis, aut caſu prohibitus fuit,* *quominus de ea re magistratum adiret, non iniquè Prætor aut* *Præſes, (hodie quilibet magistratus officio ſuo nobili) curat,* *ut dominus, vitiosarum ædium, non modo rudera tollat, niſi* *ea, (imò nonunquam totas ædes ruinosas) pro derelictis ha-* *bere velit, ſed hoc amplius, ut non ſolum de futuro dānnū,* *ſed etiam de praefenti dānnū, quod resarcire illud velit, ca-* *veat. d.l.prator. 7. §. ult. vers. nec ſolum de futuro. & l. seq. d.l.* *hoc amplius. 9. in princ. §. 1. 2. & 3. ff. de dam. inf. add. Olden-* *dorp. claff. sext. act. XIV. Rubric. defensionis capita. num. 1. Ex-* *pensas quoque, quas per ſe, vel per alium rationabiliter fecit,* *reſtituere debet. l. ſi finita. 15. §. ſi cum ruerunt. 34. ff. b. t. quo* *non factō, ad eas praefandas, actione in factū, non nego-* *tiorum gestorum, quia ſuum commodum reſpexit, convenit.*

Molin.

Molin. de Inst. & Jur. Tract. 2. disp. 703. num. 36. Posteriori
casu, iterum interest, si, magistratu deliberante de danda sti-
pulatione, damnum contigerit, tunc deliberatio postulanti
non nocet, proindeque officium ejus est, ut jubeat dominum
ruinosarum axium, aut cavere de omni damno, aut si ipse non
caveat, contra illum dat actori de damno actionem. d. l. si fi-
nita. 15. §. eleganter. 28. ff. b. t. Si decretum immissionis secu-
tum, & vicinus venire in possessionem neglexerit, amisit ma-
gistratus beneficium. Si vero non neglexit, nec illa ejus culpa
est, quo minus veniret, omnia servanda sunt, atque si, post-
quam in possessionem venisset, damnum datum esset. d. l. 15. §.
pen. l. cum postulassem. 44. princ. ff. b. t.

Th. II.

Si culpa & negligentia domini vitiosorum prediorum vel
operum damnosorum cautio damni infecti non fuerit praestita,
& denuntiatione facta judicis decreti, quo mandatum, ut ca-
veat ipso opere, vel dicat se rem relinquere vicino, adeoque
contumax existat, tunc iudex procedere potest usque ad ple-
nam traditionem & applicationem ejus rei, illi, qui damnum
timet. Molin. d. tractat. disput. 703. num. 57. & 54. Tria au-
tem juris remedia tributa sunt, quae tamen non simul concur-
runt, sed ordine certo succedunt. Primum est, magistratus
decretem, quo quis mittitur in bonorum possessionem ejus rei,
de qua agitur. l. si finita. 15. §. illud. 32. & §. si jam ruerunt. 34.
ff. b. t. Appellatur à Bartolo aggravatio prima, German. der
Einsatz auf der ersten Erfahrung. Secundum, est magistratus
decretem, quo rei possessio decernitur, alias aggravatio secun-
da dictum. Tertium, est Actio in factum, de damno compa-
rata, in eum, qui neque cavit, nec actorem ex primo decreto
in possessionem venire, neque ex secundo decreto eum possi-
dere, passus fuerit. Accedit ex moribus hodiernis, quod etiam
carcere contumacia alicuius coerceri possit. Engelbrecht. in com-
pend. jur. Lib. XXXIX. Tit. II. §. XIII.

Th. III.

Quoad primum remedium, verba Prætoris edicti haec
D

1. Missio in
possessionem
funt.
ex primo de-
creto.

sunt. *Eum, cui ita non cavebitur, in possessionem ejus rei, cuius nomine, ut caveatur, postulabitur, ire jubebo.* d. l. 7. pr. d. l. *f. si finita.* 15. §. II. l. *qui bona.* 13. §. 4. l. *emperor.* 38. §. 1. ff. h. t. In his editi verbis dispiciendam. (I) *quis mittatur in honorum possessionem.* Dicitur is, cui ita non cavebitur. Hic non distinguendum, unus sit, an plures, diversis quoque partibus, qui æqualiter mittuntur, non pro rata damni, quod unumquemque contingit, &c., si diversis vicibus missi, sine prærogativa temporis, nisi, qui primo loco missus, posteriori cavere velit, quo casu excepto posterior non est mittendus. *Molin. sap. alleg. disput.* 703. num. 60. vid. l. *f. si finita.* 15. §. *si plures.* 15. & §. *cum autem.* 18. l. *ex damni.* 40. §. *ult. ff. h. t.* *Fac.* l. *fin.* C. & l. 12. ff. *de bon. autb. jud.* Secus autem est, si plurimum diversa sit immisionis causa, veluti, si alter propter cautionem damni infecti omissem, alter propter contumaciam, quod peremptoriè citatus non comparuerit, vel ex causa judiciali immittatur, cum enim, qui prior est tempore, potior est jure. l. 2. C. *qui potior in pign.* Si duæ res, ut duæ domus, una vicissim minetur ruinam alteri, utravis domino earum existente contumace nec volente cavere, alter mitti deberet in possessionem domus illius. l. *damni.* 18. §. *si vicinas.* 12. ff. h. t. Cæterum, omnes (ex causa damni infecti) quasi in totam rem missi, concursu partes habebunt, in gleichen ungeschiedenen Theilen sigen / quas deinde dividunt pro rata damni. Et si quis eorum solus fecerit sumptum, eum consequitur communi dividendo iudicio utili. vid. *Olldendorp. class. sext. action.* XIV. quest. III. num. 7. Continetur is quoque cui non in solidum caustum. l. *in stipulatione.* 23. ff. h. t. l. *ex clausula.* 17. ff. *judic. solu.* Si pater & filius familias, qui inquilinus, sit, uterque in possessionem ædium, damni infecti nomine, mittendus, nisi sic filius conduxerat, ut ejus periculo ædes essent. l. *filius familias.* 21. ff. h. t. nec procurator, nec usufructarius, neque qui aliud jus in re habent, excluduntur, ne quidem cum hac exceptione, eum non esse procuratorem. l. *inter quos.* 39. §. 3. ff. *de damn. inf. arg.* l. *usufructu.* 7. §. 1. *versus unde etiam.* ff. *de usufr.* (II) quid *posseſſio* sit, nempe custodia duntaxat rei servandæ & posseſſio fiduciaria, conjuncta cum quādam

dam observatione ac detentione rei, pignus aliquod prætorium,
 (quod differt à conventionali. l. si finita. 15. §. si quis dominus.
 30. ff. b. t. Oldendorp. class. sext. act. XV. quæst. V. n. 2. quia cre-
 ditor in hoc ad damnum levi culpa contingens, in prætorio
 vero, ubi missus saltem vice cautionis in possessione est, verè
 autem non possider, de dolo tantum tenetur. Molin. de Jus.
 & Jur. d. disput. num. 61.) non tamen titulum ad acquisitionem
 dominij idoneum tribuens. l. 3. §. ult. ff. de A. vel A. P. I. cum
 legatorum. 17. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. 3. §. 1. ff. de reb. cor.
 qui sub tutel. d. l. si finita. 15. §. si quid danni. 30. ff. de damn. inf.
 nec ad refectionem præcise obligans. d. l. 15. §. 34. ff. cod. nisi
 dominus absens cavere non possit, idque ex aequitate, obser.
 Molina d. l. num. 61. in fin. Detentio hæc, non quidem ope-
 ratur, ut dominus rei de possessione sua decadere cogendus sit.
 d. l. 15. §. Julianus. 16. §. si quis autem. 20. ff. b. t. quin potius, si
 dominus verus, per se possider, civiliter, & per legitimum ejus
 detentorem naturaliter, si autem tantum bona fidei possessor,
 continuat adversus dominum præscriptionem. Molin. dict. disp.
 703. num. 62. verum, cum missus simul cum reo possidere ju-
 beatur, hoc intendit, ut saltem rædio custodiæ extorqueat illi
 cautionem. l. is cui. 5. princ. ff. ut in poss. legat. l. si finita. 15. §. si
 quis. 20. ff. b. t. Proinde, si adverfarius eam præstiterit, etiam
 de damno, quod post missione contigit, & ita reperita die,
 (de qua phras. vid. l. 3. ff. de fid. instrum. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.
 C. 7. A. ad b. tit. §. 18. num. II.) modo non intervenerit mora
 culpabilis in eo, qui eam petiri, & de impensis factis utiliter,
 missio cessat. d. l. 15. §. item videamus. 31. & seqq. l. eorum. 19.
 princ. ff. cod. tit. Molin. all. disp. num. 65. Sicut & jus per mis-
 sionem acquisitum amittitur, si missus, quod tamen in dubio
 non præluminatur, nullo meru ruina deceaserit rei possessione.
 d. l. 15. §. si quis meru ruine. 35. ff. ibid. Gloss. ult. ff. b. t. d. l. cum
 postulasse. 44. cod. (3) Res, cuius nomine missio postulabitur. Hæ
 sunt, e. g. ædes ruinosa, ubi in totas, licet pars tantum caduca,
 missio facienda, siquidem in ædificiis partes quoque reliqua
 virtuosa parte trahantur, nisi sit magna domus, quo casu præ-
 tor statuit, in cuius partis possessionem missio fieri debeat. d. l.

15. §. ex hoc edito. II. & seqq. l. emptor. 18. §. I. ff. eod. Neque obstat, licet ædes, quibus damnum imminet, longe vilioris pretij sint, arg. l. 5. §. 2. ff. b. t. DN. Engelbrecht. incompend. jur. b. n. tit. §. XIII. In insula, ein lehre Platz / ein Hoffraum / quæ domui adjacet. d. l. 15. §. 4. in area, diruta domo, si missus quid refecit, antequam id ei sarcitur (quamvis actione in factum etiam sumptus consequi possit) d. l. 15. §. si jam. 34. ff. eod. in agro quoque secundum judicis decretum, causa cognita (quia, non ut in adiunctiis, una pars alteram secum trahere sollet) vel de toto vel de parte cavendum. d. l. emptor. 38. §. I. ff. eod. Molin. alleg. disput. num. 58. idem obtinet. Imo in omne opus, ex quo nobis ipsis vel rebus nostris damnum aliquod accidere potest, fit missio, uti sunt res immobiles emphyteutica. d. l. 15. §. 26. & 27. bona feudalia, quoad fructus. B. Hahn. ad Wesenber. b. t. num. 3. Ad expensas tantum recuperandas missus in possessionem, si earum nomine per errorem aut negligentiam, neque cautionem neque solutionem acceperit, habet actor actionem in factum ex edicto de bonis autoritate judicis possidendi. d. l. 15. §. si cum. 34. vers. potest autem. ff. b. t. l. prætor. 9. ff. de bon. auth. jud. poss. Oldend. Claff. sext. act. XIV. Rubr. quo auctore. num. 3. vers. ad expensas. quin & officium judicis propter illas implorare potest. (IV) Ut caveatur; scilicet, intra terminum a judice præstitutum, ab eo, qui contumax existit, non tantum in cavendo, verum etiam in comparando. Brunnem. ad l. si. finita. 15. §. I. ff. de dam. inf. quod si plures adfint domini rei vitiosæ, vel operis periculosi non carentes, contra singulos in solidum; alias in portionem tantum ejus, qui cavere detrectat, actor mitretur. l. 5. §. I. ff. eod. Nec pupillus, licet tutorem non habeat, quo auctore promittat. d. l. 15. §. si forte. 22. & §. si pupillus. 29. ff. eod. l. 3. §. fin. l. hoc autem. 5. ff. quib. ex caus. in poss. est. nec maritus, in fundo dotali, cum sua tamen causa, quia hæc alienatio non est voluntaria. l. I. princ. ff. de fundo dotali, nec emphyteutarius, & qui similia iura habent, (quo tamen casu, propter contumaciam conductoris ædium vestigium, missio, non in proprietatem, sed in ipsum jus facienda,) excipiuntur. d. l. 15. §. si de vestigialibus. 26. ff. b. l. l. I. princ. ff. si ager vestigial. pet. (V.) postulabitur. Nam necessarium est,

est, ut sumaria causæ cognitio missionem præcedat, quo fine offerendus est ab auctore petitionis libellus. *Bart. in l. 15. §. Julianus. ff. b. t.* huic ut respondeat, citandus est reus tribus editis, aut uno peremptorio. *Specular. lib. II. part. I. Rubrica de contumacia. §. sequitur. 3. in princ. eo non comparente, si auctor contumaciam rei accusat, iudex eum contumacem esse declarabit. Specul d. l. & post ad petitionem agentis. Vid. Wurmbser. lib. I. tit. 7. observ. 5. possessionem ei decernit. l. consentaneum. 8. C. quom. & qu. jud.* Si reus contumax agentem ab occupatione vi arceat, iudex ulterius implorandus est. *d. l. 5. §. missus. 27. ff. ut in possess. legar. C. f. A. ad h. t. §. 16. infin.* (VI) *Ire jubebo. Magistratus, qui missionem decernit, est prætor, & in provinciis præses, qui olim imperium habebant. l. 4. ff. de Jurisdic. Quod si hic absens fuerit, magistratus municipalis eandem missionem expedire poterat. l. 1. l. 4. princ. & §. seqq. d. l. si finita. 15. §. ex hoc. 11. §. non autem. 21. & seq. §. ult. l. cum postulasse. 44. ff. b. t. Hodie, omnes magistratus, qui imperium habent, modo gau- deant jurisdictione inferiori, eam decernere possunt. Engelbrecht in Compend. Jurisprud. b. t. §. XIII. Hic autem mittit auctorem in possessionem, vel per executorem, sive nuncium publicum, durch den Gerichts-Diener, durch den Gerichts Frohnen, Wesenbeo. in paratis. hoc tit. n. 6. Imo Judex ipsi auctori potestatem facere potest bona controversa occupandi. *Jason. in l. 4. n. 7. ff. de Jurisd. Zafins. in l. 15. §. Julianus. 16. ff. b. t.* eo ve-ro violentiam inferente, ipse Judex immissionem perficere & contumacem emittere potest. *Umm. disp. ad proc. jud. 6. th. 4. num. 19.* Tandem obserendum, iussum hunc magistratus primum decretum dici, quia decernere etiam dicitur, quando adversarium cavere jubet. *l. cum postulasse. 44. in princ. ff. b. t. & cum hæc missio ex prima judicis. tentativa fiat.* Ita post Bartol. & alios sentit Menoch. lib. 2. de arbitri-jud. question. cent. l. cas. 61. num. 1. Cujac. lib. 1. Paul. ad edit. pag. 5.*

Th. IV.

Secundum remedium, quod juris beneficio, contra contu-macem & cavere, nonnunquam cum refusione damni interea dati, nolentem, comparatum, est magistratus decretum secun-

2. Missio ex secundo de- creto.

dum, quo rei possessio decernitur. Germ. der Einsatz auf der anderen Erkundinß / verba edicti hæc sunt; Et cum ius facias
ire: esse videbitur, dum ei, qui aberit prius domum denunciari.
(vid. l. 4. §. 5. ff. b. l.) etiam possidere jubebo. vid. l. 7. princ. d. l.
15. §. 20. § 21. ff. b. l. ad explicanda hujus edicti verba noto,
missionis ex secundo decreto (1) causam, quæ justa esse debet,
nempe, cum post primum decretum aliquod temporis interval-
lum interfit, quo, aut pro derelicto rem ruinosam longo silentio
(quor autem annorum hoc sit, Doctores variant. vid. Menoch.
de arbitrar. jud. question. lib. 2. cas. 6. Donell. lib. 15. comm. cap.
46. decem annorum esse vult. arg. l. 1. § 2. C. si advers. credit.
prescript. oppon. Speculator. lib. 2. part. 1. Rubrica de secundo
decreto. §. juxta num. 2. cum aliis, annum esse putant. Tuitius
tamen est, cum communī Dd. opinione, in praxi recepta, ju-
dicij arbitrio id positum esse defendere. arg. l. 5. finita. 15. §. si
forte. 22. ff. b. Bachov. in not. ad Parat. Wesenb. b. t. lit. K. §
Hahn. ad eund. num. 3. Gloss. § Bald. in l. penulti. C. de Bon. anib.
jud. poss. Covarruv. var. resolut. lib. 3. infin. Paul. Bus. in Com-
ment. add. l. 15. §. 21. b. t.) absens dominus videatur habuisse;
aut præsente domino actor, missio in possessionem, & aliquan-
do immorato, (temporis definitionem in arbitrio jus dicentes
relictam esse plerique DD. iterum sentiunt. vid. Crnjac. lib. V. obs.
cap. XXX. infin. Bocer. class. 14. disput. XIX. th. 46. § 51. C. f. A.
ad b. t. 20.) nemo caveat. d. l. 15. §. non autem statim 21. ff. de
damn. inf. Limitatur tamen hæc sententia, nisi reus justam mo-
ræ commissa causam habeat; ut, si absens Reipublicæ ergo
fuerit, vel præsens minoris aetatis, cui subveniri solet, extirrit,
quibus casibus nonunquam restitutio locum habet. per d. l. 15.
§. 22. ff. de damn. inf. (2) formam. Cui non cayetur ab adver-
fario, is cotam magistratu competente dicit, se quidem ex
primo decreto in possessionem fuisse missum, neque illam vici-
num constringere, quo cautionem præster, quare in contumacia
ita eo perseverante, petit, se officio prætoris ex secundo de-
creto in possessionem mitti. Magistratus, (quia rei interest.
arg. l. num. ita. 39. ff. de adopt. § 1. observandum. 47. ff. de judic.)
si citatio personæ potest insinuari, illum personaliter citat. Si
vero latet, vel non invenitur in domo, uni ex familia insinuan-
da,

da, si nemo extat, ipsius citandi adib⁹ citatio affigenda, ut ita monitus defensor existat. vid. l. 4. §. 5. in fin. Et 6. ibique Brunnenman. in Comm. Engelbrecht in comp. Jurisprud. b. t. §. XV. Ollandendorp. class. sert. ast. X IV. quest. 8. vers. ad officium judicis. Si venit citatus, & contumaciam, solvendo expensas, purgat, possessionem suam recipit, sin minus, actor in possessionem ex secundo decreto immittitur. (III.) Objectum. Hoc est, vera ac civilis possessio. vid. l. cum finita. 15. §. 16. 20. 23. Et 33. ff. de dann. inf. juste enim possidet, qui authore prætore possidet. l. just. 11. ff. de A. l. A. P. Quod ita intelligendum, si prior possessor dominus fuit, vel aliud quoddam jus in re vitiola habuit, dominium vel jus antecelloris, d. l. 15. §. si ante. 17. ibi. fuerit domini & ibi: constituto domino. & §. sed in vetyliali. 27. ibi: dominium capere. add. l. 1. princ. ff. de fund. dot. l. usufructu. 7. §. 1. ff. de usufr. quia non cavens illud videtur pro derelicto habere. Si non; usucapiendi conditionem acquirit. l. 5. princ. l. his qui. 12. l. danni. 18. §. non solum. 15. l. cum postulassim. 44. §. 1. ff. de dann. inf. add. C. q. A. ad h. tit. §. 22. num. IV. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disput. 18. tb. 6. lit. C. Eckold ad b. t. §. 8. Paul Bus. in Commentar. ad ff. l. 5. ff. b. t. Henning. Rennemann. de Jurisprud. Roman. German. Membr. III. disput. LXV. th. XXVII. Brunnenmann. in Comm. ad Pand. l. 15. b. t. num. 6. Magnif. D.N.D. Schiller. Exercit. XLII. tb. XXXVII. in fin. Molin. de Jusfit. Et Jur. tract. 2. disput. 703. num. 69. ubi pro ea tentia, quod missus priori caſu verus dominus efficiatur, hanc rationem allegat, quossum enim id tempus expectatur, ad dominium acquirendum, comparatione illius, si a possesso expelli non potest, etiamsi ille alius offerat ei cautionem & reparationem omnium dannorum imminentium ac fecutorum. Si multi ex secundo decreto mittuntur, pro portione quadam, quoad valorem danni, quod unusquisq; timeret, ad damnum, quod certi timent, mittuntur in possessionem, & consequenter pro indiviso partem dominij ejus rei. vid. l. si finita. 15. §. si ante. Et §. cum autem ff. de dann. inf. Molin. alleg. disp. 703. num. 71. Acquisitum hoc jus dominij vel possessionis, producit hunc effectum, ut, non tantum, quod adversarius de possessione decidere teneatur. d. l. 15. §. 20. §. 23. de dann. inf. nec oblationi cautionis amplius locus sit,

sit, quo rei exitus inveniatur. *d. l. 15. §. posteaquam. 33. ff. eod.* & si quæ jura debita sunt his, qui poterant de domino infecto satisfare, denegetur eorum persecutio aduersus eum, qui possidere jussus est. *d. l. 15. §. si qua sint jura. 24. ff. eod.* verum etiam, quod missus habeat rei vindicationem, aut publicianam in rem actionem contra tertium possessorem. *l. communi. 7. §. plane. 9. ff. comm. divid.* Cæterum, adversarij creditor pignoratius aduersus missum ex secundo decreto hypothecaria actione agere & afferre possessionem potest, præstando refectionis expensas. *d. l. 44. §. 1. ff. b. t. alias, sic missus, creditore etiam ex secundo decreto missio, non satisfacente, nec domino pro eo cavente, potior est. l. his qui 12. d. l. 15. §. item queritur. 25. ibique Brunem. add. Paul. Busium ad. d. l. 12. ff. eod. Idem ad l. 44. ff. eod.* ubi docet, quod hic dicitur, possidenti, ex secundo decreto dominio quæsito, præferti hypothecarium creditorem, jure veteri, quo usucapio ædium complebatur biennio, quo pignus non perimebat. *l. i. §. cum prædiūm ff. de pignor. l. usucapio. 7. C. de pignor.* non novo, quo longi temporis præscriptione pignus una cum dominio tollitur. *l. i. §. 2. C. si adv. credit. l. 7. § ult. C. de O.* & A. locum habere. Hanc interpretationem Jurisprudentia Justinianæ non convenire puto. *arg. d. l. 44. §. 1. ff. b. Magnif. DN. D. Schilter. Exercit. XLII. §. XXXIX.* legem à quo. 45. princ. ff. eod. ingeniose explicans, aliam adhuc in creditore pignoratatio limitationem addit, responsionem scilicet Africani, creditorem à misslo ex secundo decreto, ædes five fundum pignori sibi obligatum, non posse persequi, nisi redditus impensis refectionis, nempe, cum missus dominium habere cœperit, ipsi invito creditorem ob pignus rem afferre non posse, si huic debitum solvatur. Igitur Africani decisionem declarari à Scævola: à QUO misslo & quasi domino FUNDUS potius quam debitum PETETUR, per creditorem, tum demum, si missus REM, ædes, fundum ipse retinere NOLIT, sed de impensis tantum restituendis excipiat. *Molin. sep. all. disput. num. 72. d. l. 44.* intelligit de ea facti specie, quando creditor ille requisitus non fuerit, ut ipse caveret. (IV.) *Judex competens* (significatur vero jubebo) qui olim solus prætor vel præses provinciæ, non etiam magistratus municipalis erat. *l. 4. §. 3. § seq. ff. de damn. inf. l. ca qua.*

qui. 26. ff. ad municip. hodie, qui habent inferiorem Jurisdictionem. *Magnif. DN. Assessor Schragius ad h. tit. §. 15.* Quæ supra de primo & secundo decreto ex jure Justinianeo obliteravi, moribus Gallæ, Belgii & Saxonie exolevissæ post *Grænovægen* in C. lib. 7. tit. 72. existimat *Theodorus Steinmez* in speculo juris civil. b. n. i. in fin. Et loco illorum decretorum, Magistratum ita procedere, ut ex officio ædes ruinosa vicino vel cuivis alii volenti vendat, ut ruinam, quæ dedecori est statui urbanarum ædium, vertat. fac. huc l. ad curatoris. 46. ff. de damn. inf. docuit B. Rennemann, in *Jurispr. Rom. German. Membr. III. disp. LXV.* th. XXIX.

Th. V.

Tertium remedium contra reum contumacem, est *actio in factum*, uti vocatur in l. 4. §. 2. l. si quis missum. 17. §. 3. & l. seq. §. pen. ff. b. t. competens ad id, quantum post cautionem petitam & non præstatam, nobis fuit damnum datum. d. l. si finita. 15. §. fin. & l. 16. ff. b. t. in Edicto his verbis continetur. *In eum qui neque caverit, neq; in possessione esse, neq; possidere, passus erit, iudicium dabo;* ut tantum præstet, quantum præstare eum oportet, si de eare ex decreto meo, eiusve, cuius de ea jurisdictione fuit, quæ mea est, cautum fuisset. Hæc editi verba ostendunt nostra actionis *cansam*, *subjectum passivum*, *objectum* & *Judicem*. (I) *Causa* igitur est delictum, extrema scilicet contumacia conventi, qui neque in actione damni infecti, neque in decreto missionis ex primo vel secundo decreto, alienato quoque prædio, parere voluit. *Vid. l. diem. 4. §. 1. d. l. si finita. 15. §. ult. l. si quis. 17. §. pen. l. seq. §. non solum. 15. ff. de damn. inf. l. ult. §. 2. ff. ne vis fiat ei.* Nonnunquam etiam committitur, si admisum in possessionem expellat, aut regredientem ad eam rem, in eam non admittat. l. damni. 18. §. pen. ff. ita. *Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disput. 703. num. 70.* (II) *Subjectum passivum*, est contumax in tribus actionibus precedentibus, nonnunquam in duabus tantum prioribus. d. l. 15. §. ult. ff. hoc tit. datur hæc actio perpetuo, heredi & in hæredem, cæterisque successoribus singularibus. l. si quis. 17. §. 3. ff. eod. arg. l. fluminum. 24. §. 1. eod. nec pupillus. l. damni. 18. §. si pupillus. 13. ff. eod. nec procurator. d. l. 17. princ. & §. 1. ff. eod. *Vid. Oldendorp. Clas. sext. act. XIV. quest. III. vers. adversus*

3. *Actio in factum.*

E quæsa.

quem. num. 9. (quod si est restiterit de mandato domini, seu possessoris praedii, vel eo ratum habente, contra utrumque competit, sed uno satisfacente, cessat adversus alterum. Molin. d. disput. num. 67.) nec auctor municipum, tutor, ceterisque, qui pro aliis interveniunt. d. l. 17. §. 2. ff. eod. excipiuntur. Ratio, quod haec actio succedit loco cautionis non praestitae, quæ tam late per potest et praestari. (III.) Objectum est, ut tantum praestet, quantum praestare eum oportet, si de ea re cautum fuisset id est, tenetur de damno, quod & quando contingit. I. antequam. 16. ff. hoc sit post cautionem praestitam, obligans ad intereste, non ad pecuniam. d. l. 4. §. 7. ff. eod. l. 4. §. 1. ff. ne vis fiat ei; quam actionem, ante damnum datum, cavendo vel rem derelinquo, evitare potest. d. l. 16. ff. b. Mol. all. disput. 70. num. 66. Ceterum, quamvis hoc causa etiam utile interdictum unde vi, & si ex secundo decreto auctori possidere jussus sit, aetio publiciana concurrant, tamen una electa, ceteris experiri non licet, cum prætor id agat, ne damnum faciat auctor, non ut in lucro veretur. d. l. damni. 18. §. pen. ff. b. t. Observandum denique, actionis in factum in nostro quoque foro usum haud denegandum, quanquam, prout hodie sunt processuum protractiones, consultius fuerit, si judex jussum decretumve fauia a iis atque arctioribus modis exequatur. Magnif. D.N. D. Schiller. Exercit. XLII. §. XXXVII.

Th. VI.

Effectus cautionis praestite, (quæ tories committuntur, quoties interessit incipit. Bart. l. 3. §. in hac. 2. n. 9. ff. com. mod. est actio ex stipulatu. vid. l. in stipulatione. 23. l. in hac. 28. & l. damni. 30. ff. de damno inf. quæ est actio, personalis, prætoria, competens, damno culpa dato, iis, qui cautionem exegerunt, eorumque heredibus, contra promittentes, eorumque successores, ad damnum resarcendum, vid. l. damni. 18. §. si autem. 6. l. nam si 37. l. ex damni. 40. princ. §. 1. & 3. ff. b. t. In hac definitione considero genus & differentiam specificam. Genius est actio, quod nullum videtur habere dubium, & quidem in strictissimo significatu. l. pecunia. 178. §. 2. ff. de V.S. vid. Disserat. Magnif. D.N. Presid. de Jur. action. in genere. posit. 1. Differentia specifica desumpta est à forma, objecto & subiecto. Forma consistit

consistit in eo, quod haec actio sit personalis, est enim ex contractu verborum, (& adeo ejus persecutio in personam dirigitur, ut si quis praedium vitiosum alienet, nihilo tamen minus persona stipulatoris, non possessor, conveniri debeat de tota re; quod si tamen voluerit auctor, poterit possessorem convenire ut caveat, si forte non satis idonee cautum sit. *I. si quis missum.* 17. §. ult. & ibi Bart. ff. h. t. Oldendorp. class. 6. act. XIV. quæst. II. & inde perpetua. arg. d. l. 17. §. 3. ff. eod. Oldend. d. l. q. VIII. Item Pratoria, quia p̄ator hoc ius introduxit. d. l. 7. pr. ff. h. t. C. q. A. ad h. tit. §. 26. In foro Germanico, cum cautio etiam per literas, inter absentes & absque interrogatione solenni, validè constituantur, actio ex tali conventione competens, eandem vim videtur habere, quam actio ex stipulatione solenni. *Magnif. DN. D. Schilter. Exerc. XLII. th. XXXVI.* libellus qualiter formetur in actione damni infecti, & quomodo formetur sententia, quidve veniat probandum. *Vid. Bart. in l. dies cautioni.* 4. §. hoc autem judicium 8. ff. de damn. inf. l. cum emperor. 38. §. ult. ff. eod. l. tertius. 6. §. officium. 6. ff. de ag. & ag. pluv. arc. act. Objectum est culpa damnum datum. Dicitur culpa datum, e. g. si intra diem præstitutum vitio operis id contigerit, si arbores veruſtae vi tempeſtatis confractæ deciderint, si ædes ruinosa, qualibet vel minima tempeſtate nocuerint, *Vid. l. damni.* 18. §. 6. & II. l. fluminum. 24. §. 4. 6. 9. 10. l. Trebatius. 25. & l. seq. ff. h. j. l. 1. §. 21. l. 2. §. fin. de ag. & ag. pluv. arc. act. l. in parietis. 35. & l. seqq. l. emperor. 38. §. ult. l. seq. §. ult. l. ex damn. 40. §. 1. l. damni. 43. §. 1. ff. h. t. Imo, si dum ædificatur & reparatur structura ruinosa, damnum infertur, in hanc obligationem venit, licet dies præstanta cautionis nondum venerit. *l. cum postulassem.* 44. ff. de damn. inf. Althus. in diceolog. lib. I. cap. CXXXVII. num. 47. Si intra diem stipulatione comprehensum supra parietem meum domus deciderit, eamque vitaverit, licet post diem stipulationis paries deciderit, possum agere, & si ita concusus sit paries, ut nulla ratione recipi possit, ideoque deponendum est, non minoris item æstimandam, quam si decidisset. *l. damni.* 18. §. Sabini. II. ff. h. t. Mol. dict. diff. 703. n. 22. Damnum autem datum resarcendum est, quanti scilicet ea res est, seu quanti interest, damnum ab

ædibus, aliis rebus, vel operibus ruinosis datum non esse.
 Aëstimatur autem omnis cauſa, e. g. petuntur impensa, si propter metum ruinæ, ea ædificia, quorum nomine sibi cavit, fulſit, factæ, emolumenta, quæ stipulator ex re sua percipere potuifet, ut ſunt mercedes inquilinorum, qui juſto ruinæ metu, aut non acceſterunt ad ædes conducendas, aut cum conduxilſent, emigrarunt. d. l. in hac ſtipulatione 28. ff. b. t. modo earum rerum nomine ab initio cautum fuerit, neque enim ſtipulatio extenditur ad eas ædes, quas post interpoſitam cautionem ſibi comparavit, vel ſi quis redimat communem ædium partem, vel talis ei adjudicetur. d. l. damni. 18. §. ſi is qui unas. 5. ff. eod. Molin. de juſtiſ. & jur. d. diſput. 703. num. 34. Nifi, antecellſor pro ſe & ſuis ſuccellſoribus ſtipulatus fuerit. Mol. d. l. n. 43. vel, niſi actori pars locii jure accreſcendi acceſſerit. l. qui retro. 35. ff. ad l. aquil. l. ſi ab uno. 17. ff. ut legat. nom. vel novæ in locum exuſtarum ædium, de quibus cautio interpoſita erat, ſufficit. l. quires. 98. §. ult. ff. de ſolut. l. damno. 28. ff. de pign. act. l. Panlus. 29. §. pen. ff. de pignor. vel niſi res mobiles poſt cautionem interpoſitam in ædes illatae vel inductaæ fuerint. d. l. damni. 18. §. 6. ff. de damni. inf. In teſtoriis & picturis pretioſis, vel aliis voluptariis expenſis moderata aëſtimatio facienda, quia honeſtus modus ſervandus, non immoderata cuiuſque luxuria ſubsequenda. l. quidem. 17. §. ult. ff. de ſervit. urb. predior. l. inter. 39. §. ult. & l. ſeq. princ. ff. de dam. inf. Molin. de juſtiſ. & jur. d. diſput. 703. num. 50. Oldend. class. ſext. act. XIV. queſ. V. num. 4. Non extendenda hæc actio ad eos cauſis, ubi aliunde, quam ex qua cauſa cauſum, dānum evenerit. l. qui bona. 13. §. 1. ff. b. t. Mol. d. diſp. n. 46. Ceterum appellatione dāmni lucrum ceſſans non venit. arg. l. Procul. 26. ff. 70. Crisp. Montan. in tract. quem terminos actionū intitulavit. §. ex ſtipulatu de dāmni. inf. 182. Subjecta actionis hujus eſt duplex, tam cui, tam adverſuſ qnē illa competat. Et titi omnis ex verborum obligacione nata actio, ita quoq; præſens datur ſtipulatori & ejus heredibus, nonnunquam ſuccellſoribus singularibus, alienato prædio, quoniam eſt obligatio personalis etiam ratione prædiij. l. ſi quis miſſum. 17. §. ſin. ff. b. t. Molin. alleg. loc. n. 64. contra promiſſorem & hujus heredes. l. inter. 83. princ. ff. de V. O. §. 3. & 20. Inſt. de inutil. ſtipul. l. ve- teris

teris juris. 13. C. de contr. & com. stipul. l. si pactum. 9. ff. deprobatur.
 Quod si ipsi successores aliquid habere, vel adificare cōperint,
 quod damnum minetur in re hereditaria, cuius nomine non-
 dum cautum sit, non tenentur, sed ab eis est postulanda cautio.
 Ita, si plures sint domini, qui stipulati sint damni infecti nomi-
 ne, aut plures adium ruinosarum, damni infecti nomine, ca-
 verint, tunc singuli ex stipulatoribus pro partibus dominicis
 agere, & singuli ex promissoribus pro iisdem soliis partibus
 conveniri debent. l. ex damni. 40. §. 2. & 3. ff. b. t.

CAPUT IV.

DE Cautionis hujus diversis seu affinibus
& contrariis.

THESIS. I.

Affinia plura quidem in jure nostro reperiuntur. *Vid. C. 9.*
A. ad hunc. tit. §. ult. Oldend. claf. sext. act. XIV. quaest. 7. Sed
 ne nimis longe se diffundat hæc tractatio, pauca enarrare liber.
 (I.) Affinitatem quandam cum cautione damni infecti præstan-
 da videtur habere *caurio ususfructuaria*, quam proprietario pra-
 stare tenetur ususfructuarius rerum, quæ usu non consumun-
 tur; etiam ante damnum datum. l. *damni. 18. §. 2. ff. b. t. Conf.*
C.I.A. lib. 7. tit. 9. Struv. Exercit. 12. lib. 65. & seq. (II.) *Cautio,*
quæ à legatariis & fideicommissariis, si ipsis plus, quam per legem
Falicediam licuerit, legatum vel fideicommissum appareat, in-
terponenda est. Conf. tot. tit. ut legat. vel fideic. nom. can. ad illum
C. I. A. Wesembec. in paratit. & ibi Hahn. in observat. (III.)
actio legis aquilia, quæ de damno etiam agit, sed in eo ma-
gnâ differentia est, quod hoc edictum de infecto damno pro-
spiciat, de damno vero facto nihil edicto caveatur, legis vero
aquilia & cateræ actiones ad damna, quæ contigerunt, sar-
cienda pertineant. l. prætor. ait. 7. §. 1. ff. de damn. inf. Inde
legis aquilia actio, ob damnum ex adibus ruinosis, nulla
præstata cautione datum, locum neutiquam habere potest.
 (IV.) *Interdictum à Pratore datum, ne vis fiat dominis, quo*
minus vi fluminis in aliena predia importata tollere aut auferre

Affinia,

liceat. si modo danni infecti re promitterent. I. hoc amplius. 9.
§. 1. ff. b. l. 7. §. 2. ff. de A. R. D. l. Thesaurus. 15. ff. ad exhib.
(V.) Si adficiunt super meum inclinet, succurritur per nega-
toriam actionem. I. si quando. 17. princ. ff. si servit. vind. (VI.)
Actio locati, competens inquilino, si ædes conductæ in vi-
tium inciderint. I. qui bona. 13. §. de illo. 6. l. inquilino. 33. ff. de
damno inf. (VII.) Si fistulæ, per quas aquam ducas, adibus
meis applicatae, damnum mihi dent, in factus actio mihi
competit: sed & damni infecti à te stipulari potero. I. si fistu-
lae. 18. ff. de §. S.U.P. (VIII.) Si furnum secundum parietem
communem haberes, qui nondum mihi damnum dederit, sed
tamen ita ignem habeas, ut metuam, ne mihi damnum des:
damni infecti sufficit cautio. I. si servus. 27. §. si furnum. 10. ff.
ad L. Aquil. (IX.) Si dum prætor de danda stipulatione de-
liberat, damnum contigerit, si prætor putat, quod utiliter
actionem daturus sit, decernere potest. I. si finita. 15. §. elegan-
ter. 28. ff. de damn. inf. (X.) Si nimia sit inhabitorum incu-
riositas, compellendi sunt, ut restituant virtus eædæ, nam ad cu-
ratoris Reipublicæ, hodie magistratus civilis, officium spectat,
tam ob publicum interesse, ne civitas ruinis deformetur. I. 2. C.
de adf. privat. tum ob præcavenda pericula, ut diruta domus
à dominis restituantur, & detrectantes, competenti remedio,
nempe indicta multa vel captis pignoribus ad id adiungantur. I. Præ-
tor. 7. ff. de offic. præsid. l. singularum. 8. C. de adf. privat. l. ad
curatoris. 46. ff. de damn. inf. Oldendorp. de action. viii. class. sext. art. XII.
Rubric. defensionis capita. num. V. Molina de just. & jur.
Tract. 2. d. 703. n. 4. Mævius ad Ius Lubec. part. 3. iii. 12. art. 1.
num. 2. & part. 4. tit. 3. art. 4. num. 4. Engelbrecht. in compend.
jurisprud h. t. §. IX.

Th. II.

Contraria. Contraria huic cautioni sunt (I) Remissio. Hæc fit, vel à
constituenti, vel à lege & juris potestate. Constituens remittit
cautionem, vel expresse, si scilicet vicinus (quippe qui juri pro
se introducendo liberrimè renuntiare potest. I. pen. C. de paet. I. se
quis. 51. C. de episc. & cler.) expressis verbis contestetur, se cau-
tionem hanc domino ruinoforum prædiorum remittere. Vel
tacite, si actor de calumnia jurare nolit, arg. I. prætor. 7. princ.
I. qui

I. qui bona. 13. §. 3. ff. *de damn. inf.* Si quis juxta ædificium suum monumentum facere pastus est, quia rem illicitam admisit. *d.l.* 13. §. 7 ff. *de damn. inf.* ita si finita sit dies statuta in cautione, item magistratus arbitrio cavere sibi non curaverit. *l. si finita.* 15. *princ. ff. eod.* *Legum* verò *remission* ab hac cautione praestanda liberatur. Si quis ædium ruinosarum possessione cessit *d.l.* 7. §. *ulti. facit.* *l. antequam.* 16. *l. ad curatoris.* 46. §. 1. ff. *cod.* Si quis negligentia sua de hoc beneficio sibi non prospexerit. *l. quod forte.* 8. *l. cum postulassem.* 44. *princ. ff. eod.* (II.) *Restitutio in integrum. arg. l. si finita.* 15. §. *Si forte dominus.* 22. ff. *cod.* (III) *Consolidatio,* si prædiij ruinosi proprietas quolibet modo ad actorem pervenerit. *arg. l. damni.* 17. §. 2. & 5. ff. *cod.* (IV.) *DE morte,* an per hanc quoque cautio damni infecti tollatur & perimitur quæritur? *Rectius negatur;* Certe non domini ruinosarum ædium, quia stipulatio est contractus civilis, qui ad hæredes transmittitur. Minus hanc cautionem dissolvit obitus fidejuf- foris; qui licet alienam in se fulciriat obligationem, attamen cum ex contractu descendat. §. 1. *Inft. de perpet. & tempor. action.* & publicè intersit, ne facile ejusmodi cautions fidejussoriæ depereant, jus est, ut tam fidejussor ipse, quam heres ejus obli- gatus, maneat, cum locum rei obtineat. §. 2. *Inft. de fidej. l. 4. §. l.* ff. l. 34. *C. de fidej.* Nisi jus domini, morte ejus, planè finitum fuerit. *arg. l. si finita.* 15. §. 26. ff. *h.t.* Nec denique actoris mors effi- cere potest, quo minus heredes ipsius adversus vicinum prædio- rum ruinosorum & fidejuslorem, horumve heredes agere possint.

Et hac non pro materia dignitate; sed ingenij tenuitate hac vice attulisse & proposuisse sufficient.

*DEO O. M. SIT LAUS, HONOR, GLORIA
IN SEMPERNA SECULA.*

Ad Nob. DN. Defendantem gratulabunda

ωραίωντες.

S Edulitas mentis quid possit juncta vigori
Sat specimen doctum monstrat, Amice, Tuum.
Ergo, quod *Ingenium*, quod promeruere *Labores*
Insigni merito pensat honore Themis.

J. R. G.

§ (40) 28

Dominus Eibelhuberus Respondens
per avax. imp.

Heros subdens super nomen jubilet
Heros laceſit fortiter pugnam bonus:
Heros heros hicce monstrat ſpiritum,
Et docta ſemper tela docte rejicit,
Sibiq; subdens vincit hofteſ latior;
Hinc cernis, ut nunc ore jubileſ ſuo,
Canat triumphos, atque de vittoria
Letetur. Apprecoſ ergo ſic cum pluribus:
Super ſuum Heros jubileſ nomen bonus.

G. W. Renschlag/ SS. Th. St. Nerol.

Dum Damni infecti cautelam exponis, Amice,
Affidua curæ nobile ponis opus.
Auguror hinc cunctis Patronum Tefore cautum,
Qui jam prudenter *damna cavere doces.*
Macte igitur virtute, laborum ut patria fructus,
Quos jam promittis, poſſit habere brevi.

G. M. Pfaffreuter. Rat.

Non opus, ut multis opus hoc laudetur, Amice,
Cum probet ingenium linea queq; Tuum.

Jo. Maur. Schmid. Jen. LL. St.

Facta virum monſtant aliás, Charifſime. Sed Te
Infectum nobis jam probat eſſe Virum.

Gratulab. poſ.
Christ. Frid. Biener. Arg. Phil. Stud.

Omnia conando docilis ſolertia vincit :
Hoc praefas ſpecimen me docet eſſe ratum.
Multos deterrent ignavia, vina, metusq;
Sedulus aſt animus culmina magna peſt.
Sedulitas Te, Te pietas e vexit ad artes:
Si precor hinc Cathedra ſcanno fanſta Tua.
Deq; Deus, diſcam, queis nil mihi celiſſim eſto,
Virtutum exemplis emulſus eſſe Tuus.

DN. Prec. p.
Philippus Franciſ. Kaſt. Arg.

ULB Halle

003 594 807

3



3b

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



D. DISSE^TAT^O JURIDICA
DE
DAMNI INFECTI
CAUTIONE

Quam
Adspirante Divina Gratia
In Alma Argentoratensium Universitate

P R A E S I D E

*TIRO Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo,
Excellentissimo, Consultissimo*

DOMINO

ULRICO MARBACHIO,

*U.D. Pandectar. & Jur. Canon. PP. Celeberrimo,
Facultatis Jurid. Seniore Gravissimo, Cap. Thom. Canonicus,
& p. t. Univers. RECTORE,*

*astrono, Fautore ac Praeceptore suo multis nominibus
venerando*

in

*Publico Eruditorum Congressu
ventilandam proponit*

D. CHRISTOPH. EIBELHUBERUS, Ratispon.
A. & R.

d. IX. Martij, A. O. R. CIO CCCII.
horis locoq; solit.

*ARGENTORATI,
Literis JOHANNIS PASTORII.*

